

Servitien und Anniversarien der Cistercienser- Abtei Heiligenkreuz.

Von P. Georg Lanz, Capitular von Heiligenkreuz.

(Fortsetzung zu Heft II. 1898, S. 189—210.)

I. Theil.

Das „Calendarium Consolatorium“ von P. Georg Strobl († 1717) Capitular von Heiligenkreuz.

Das Heiligenkreuzer Stiftsarchiv besitzt ein äusserst interessantes Manuscript betitelt: „Castrosolium Sanctae Crucis Cenothaphicum“, das von dem im Jahre 1717 verstorbenen Capitularen des Stiftes P. Georg Strobl verfasst ist. Nach den in dem Manuscript vorkommenden Chronogrammen: qVaDragesIMo tertIo In saLVbrl sVae VItae CVrSV fInItO, und: VIgesIMo qVarto qVIntOve ProprII AbbatlaLIIs RegnI De CVrsV wäre das Jahr 1688 als die Zeit der Abfassung jenes Werkes anzunehmen.

Das Manuscript, auf geschöpftem Papier sehr deutlich geschrieben und in Buchform (Folio) gebunden, behandelt die Grabstätten der in Heiligenkreuz begrabenen Fürsten, Adeligen, Bürger, Geistlichen und Laien. Besonders originell sind die Abbildungen welche die Grabsteine in barocker Umrahmung bringen. Und zwar ist jeder Grabstein für sich gezeichnet und so auf das Blatt aufgeklebt, dass er gleich einem Thürchen auf- und zugeklappt werden kann.

Als Anhang zu diesem „Castrosolium Cenothaphicum“ — das NB. im elegantesten Latein, bisweilen sogar in lateinischen Metren verfasst ist — folgt ein Verzeichnis der in Heiligenkreuz seit Jahrhunderten gefeierten Jahrtage und Pitanzen oder wie es P. Georg Strobl nennt, das „Calendarium Sanctae Crucis Consolatorium“. Abgesehen davon, dass uns jenes Calendarium einen ziemlich klaren Einblick in das innere Leben und Treiben des Klosters gewährt, ist es auch insoferne für die Landesgeschichte von höchstem Interesse, als wir hier die Namen der vornehmsten und bekanntesten Mitglieder des altösterreichischen Adels finden.

Was nun den historischen Wert dieser Aufzeichnungen anbelangt, die in der vorliegenden Form, wie oben gesagt, dem Jahre 1688 angehören, so sei hier bemerkt, dass P. Georg Strobl bei seinen Aufzeichnungen ziemlich verlässlichen Quellen gefolgt ist und man im grossen und ganzen dem, was er vorbringt, Glauben schenken kann. Nichtsdestoweniger wird es nothwendig sein, manches zu berichtigen, anderes mehr zu erläutern, vor allem aber dabei auf die Urkunden zurückzugehen, aus denen diese Nachrichten zumeist geschöpft sind. Wir lassen daher zuerst

den Wortlaut des „Calendariums“ folgen und schliessen erst daran unsere Bemerkungen.

Es sei hier noch im vorhinein auf die gewandten und mannigfaltigen Sprachwendungen aufmerksam gemacht, womit P. Strobl einen und denselben immer wiederkehrenden Gedanken zum Ausdruck bringt.

A. Unbewegliche Pitanztage.

Calendarium Sanctae Crucis Consolatorium.

Januarius.

1ma Januarij sive in Circumcisione Domini, de Fundatore sive Fundatione dabatur Fratribus Vnum Frustum Piscium, quo die etiam distribuebatur Elemosyna |: quae alias Spenda Vernacula lingua dicitur:| pro pauperibus de Pane, Carnibus et Elemosyna.

Sexta Januarij sive in Epiphania Domini de Chunonis^{1*)} Civis Wiennensis proventibus, servitium plenum dabatur conventui.

17tima Januarij in Die S. Antonij de Magistri Artini² Proventibus Infirmarius debebat, dare Fratribus plenum servitium.

Vigesima 1ma In Die Beatae Agnetis de Matris Chrugenis³ Redditibus plenum servitium et bonum Vinum Dei Servis Administrabatur.

Vigesima 2da In Die S. Vincentij Infirmarius tenebatur duo Frusta Piscium Fratribus dare.

Vigesima 5ta In Die Conversionis S. Pauli de Redditibus Dominorum de Kranichperg⁴ similiter Fratres habebant plenum servitium.

Februarius.

1ma Die In Vigilia Purificationis de Griffonis⁵ Fundatione serviebatur DEI Famulis per duo Frusta Piscium.

2da In Die Purificationis duo Frusta Piscium dabantur cum semilis de Friderici in Laub⁶ Provisione.

3tia In Die S. Blasij de Ducis Henrici⁷ Fundatione, Prior dabat plenum servitium et Vnum Frustum de Geleta.**)

5ta In Die S. Agnetis Infirmarius dabat dua Frusta ex certis proventibus.

6ta In Die Dorotheae de Nicolai Notarij⁸ Redditibus Frustum Vnum proveniebat Fratribus.

14ta In Die S. Valentini de Dominorum a Pergau⁹ Fundatione plenum administrabatur Servitium.

16ta In Die S. Julianae de Ducis Ottonis¹⁰ Legatione, dabantur dua Frusta piscium.

*) Die im Texte folgenden Ziffern 1—79 beziehen sich auf den II. Theil der vorliegenden Arbeit: »Ergänzungen und Bemerkungen.« Die Red.

**) Geleta = Sulz. Fischsulze. (!)

22da In Cathedra S. Petri de Chusonis¹¹ oblatione proveniebant duo Frusta Piscium.

24ta In Die S. Matthiae Apostoli de Dominorum Merschwang¹² donatione Plenum dabatur Servitium.

Martius.

12ma In Die S. Gregorij de Prechtlini¹³ et Ottonis de Arnstein¹⁴ legationibus Infirmarius dabat plenum Servitium.

20ma In Vigilia S. Benedicti de Minorum de Pottendorff¹⁵ donationibus plenum habebatur Servitium.

21ma In Die S. Benedicti de Minorum in Liechtenstein¹⁶ Dotationibus Plenum consequentur Fratres Servitium.

24ta In Vigilia Annuntiationis de Domini de Landeck¹⁷ Collatione plenum celebratur servitium.

25ta In ipsa Die Annuntiationis B. V. M. de Minorum de Puechberg¹⁸ proventibus plenum distribuebatur Servitium.

Aprilis.

23tia In Vigilia S. Georgij de Margarethae¹⁹ relictæ Wilhelmi in Curia Straminum oblatione, Pleno fruebantur Fratres Servitio.

25ta In Die S. Marci de Plebani in Gumpoltskirchen²⁰ Fundatione Pleno gaudebant Fratres Servitio.

Maius.

1ma In Die S'orum Ap'lorum Philippi et Jacobi de Chastneri²¹ in Nova Civitate et Dietrici Chraunesti²² Provisionibus plenum habebant Fratres servitium.

3tia In Inventione S. Crucis plenum de Fundatione celebrabatur Servitium.

4ta In Die S. Floriani de Angeldienst²³ Infirmarius duo Frusta Piscium Conferebat.

6ta In Die S. Joannis ante Portam Latinam de Mechtildis de Schnepffenstein²⁴ et Judicis in Sultz²⁵ plenum servitium Conferebatur.

Junius.

15ta In Die S. Viti de Ducis Friderici²⁶ Fundatione plenum tribuebatur Servitium.

23tia In Vigilia S. Joannis Baptistae de Dominae Reichensteinerin.²⁷

Ordinatione pleno Fratres fruebantur servitio.

24ta In ipsa Die S. Joannis Baptistae de eiusdem Dominae Proventibus Fratres plenum habebant servitium.

25ta Proxima Die Post festum Sancti Joannis Baptistae de Dominorum Navium in Lauffen²⁸ Facultatibus per plenum servitium obviabatur Fratribus.

29 In Die Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Dominorum in Lichtenstein²⁹ larga locupletatione per plenum servitium occurrebatur Dei Famulis.

Julius.

2da In Visitatione B. V. M. duo Frusta Piscium dabantur Fratribus de Michaelis in Wischtorff³⁰ Beneficio.

4ta In Festo S. Vdalrici de Vlrici in Haackenber³¹. Beneficio plenum Conferebatur Fratribus Servitium.

11ma In Translatione S. Benedicti de Conradi in Himp³² Fundatione ordinabatur pro Fratribus Vnum Frustum Piscium.

13tia In Die S. Margarethae de Dominorum Haslowe³³ et Alberonis de Baden³⁴ plenum habebant Fratres Servitium.

22da In Die S. Mariae Magdalenae de Chronesti³⁵ Institutione, praescriptum fuit Fratribus Plenum Servitium.

25ta In Die S. Jacobi Apostoli de Faustlini³⁶ Collatione administrabatur Conventui plenum Servitium.

Augustus.

1ma In Die S. Petri ad Vincula de Vectarij³⁷ alicuius oblatione duo dabantur Frusta Piscium.

3tia In Inventione S. Stephani de Merchardi am Schmaltz³⁸ Fundatione plenum celebrabatur Servitium.

4ta In Die S. Dominici de Angeldienst³⁹ Infirmarius dabat plenum Servitium.

11ma In Die Spinae Coronae Domini itidem Infirmarius plenum dando repetebat servitium.

12ma In Divisione S'orum Apostolorum de Pilgrini⁴⁰ alicuius Fortassis Civis Wiennensis praescriptione Pleno Fratribus occurrebatur servitio.

13tia In Die S. Hippolyti de memorati Civis Provisione alterum plenum Conferebatur servitium.

14ta In Vigilia Assumptionis B. M. V. de prima Fundatione Venerabilis Conventus Duabus partibus potiebatur Piscium.

15ta In Ipsa Assumptione de Stephani Helmweig⁴¹ Fundatione Fratres gaudebant pleno servitio, pro quo Piscatores Wiennenses debebant esse solliciti.

17tima In Octava S. Laurentij de Pilgrimi⁴² fortassis iterum Civis Wiennensis oblatione plenum habebant Fratres servitium.

20ma In Die Sancti Patris Nostri Bernardi Infirmarius pleno Servitio Venerabilem Tractabat Conventum.

22da In Octava B. M. V. Assumptae de Joannis Sartoris⁴³ in Porta pia legatione duo Frusta Piscium et Similae ac bonum vinum dabatur Fratribus cum alio pleno Servitio de Posonio.⁴⁴

23tia In Vigilia S. Bartholomaei de Dominorum in Ebersdorff^{45a} et Rauhenstein^{45b} (?) Fundatione Fratribus plenum obtingebat Servitium.

24ta In Die S. Bartholomaei de D'norum de Pergau⁴⁶ et Huetstocker⁴⁷ Ordinatione de Conventui obviabatur servitio.

29na In Die Decollationis S. Joannis Baptistae de Lewlini⁴⁸ sine dubio Civis Wiennensis Ordinatione Conventus plenum habebat servitium.

September.

1ma In Die S. Agidij de alicuius Beltronis⁴⁹ Beneficio plenum Fratribus obtingebat Servitium.

7tima In Vigilia Nativitatis B. M. V. de Jordani⁵⁰ Cuius piam proventu Vnum Frustum Piscium dabatur Fratribus.

8va In Ipsa Nativitatis Die de Fundatione primaria plenum habebant Fratres servitium.

14 In Exaltatione S. Crucis de Prunner⁵¹ alicuius Benefactoris Fundatione similiter Fratribus plenum largiebatur Servitium.

21ma In Die S. Matthaei de Dominorum de Pottendorff⁵² oblatione Fratribus plenum administrabatur servitium.

22da In Die S. Mauritij de Dietrici Huetstocker,⁵³ Conventus pleno gaudebat Servitio.

28va In Vigilia S. Michaelis de Joannis⁵⁴ Famuli legato, Pitantia in piscibus dabatur Fratribus.

29na In Die S. Michaelis de Dominorum in Arnstein⁵⁵ Fundatione plenum habebatur Servitium.

Octobris.

9na In Die Sancti Dionysij de Hutary⁵⁶ in Baden beneficio plenum Fratribus Conferebatur Servitium.

18va In Die S. Lucae de D'norum de Kranichperg⁵⁷ proventibus plenum Dei servis administrabatur servitium.

20ma In Vigilia 11 Millia Virginum de Vectarij⁵⁸ alicuius beneficio Vno Frusto Piscium serviebatur Fratribus.

21ma In ipso Festo S. Vrsulae de D'ni Vlrici à Pergau⁵⁹ Redditibus Vno Frusto Piscium et similis Tractabatur Fratrum Communitas.

28va In Die S'sorum Apostolorum Simonis et Judae de Hellarij⁶⁰ deque Hugonis Aigen⁶¹ Proventibus plenum servitium dabatur Dei Ministris.

31ma In Vigilia omnium S'sorum de Ortolfi de S. Vito⁶² in Carinthia bonis deque Ottonis Tursonis⁶³ Facultatibus pleno servitio obviabatur Fratribus.

Novembris.

1ma In Die Omnium Sanctorum de Ortolfi⁶⁴ deque Tursonis⁶⁵ iterum Facultatibus plenum dabatur Servitium.

2da In Die Animarum de Joannis Merschwang⁶⁶ Redditibus plenum habebatur servitium cum duobus Frustis Piscium de Conradi de Himperg⁶⁷ legatione.

3tia In Die sequenti de eiusdem Meerschwang⁶⁸ ordinatione plenum dabatur servitium et 12 solidi inter Pauperes distribuebantur, singulis 1 denarium dando et ad Refectorium pro pitantia serviebatur. Quod autem de pecunia remanserat, post distributionem Priori Praesentabatur.

8va In Octava omnium ssorum de Griffonis⁶⁹ provenitibus pleno servitio Venerabilis Consolabatur Conventus.

11 In Die S. Martini de alicuius D'nae in Baden⁷⁰ Facultate duo Frusta Piscium dabantur Fratribus.

18va In Commemoratione Nostrorum Parentum de Dominorum de Pottendorff⁷¹ Fundatione plenum habebatur servitium.

22da In Die S. Ceciliae de Jacobi de Hainburg⁷² beneficio duobus Frustis Piscium serviebatur Conventui.

23tia In Die S. Clementis Portarius de Certis quibusdam Proventibus tenebatur Fratribus dare duo Frusta Piscium.

25ta In Die S. Catharinae de Tursonis⁷³ Facultatibus rursus pleno Conventus recreabatur Servitio.

30 In Die S. Andreae Apostoli de eiusdem Tursonibus⁷⁴ Redditibus plenum Fratribus obtingebat servitium.

December.

6ta In Die S. Nicolai de D'ni Henrici de Seveld⁷⁵ Fundatione plenum praebebatur Fratribus Servitium.

8va In conceptione Immaculatae B. M. V. de Chimoronis de Strasburg⁷⁶ Ordinatione qui fuit Famulus D'ni Abbatis, Prior duo Frusta Piscium et similes dabat.

13tia In Festo S. Luciae De D'norum de Kranichperg⁷⁷ Fundatione duo Frusta Piscium dabantur Fratribus.

20ma In Vigilia S. Thomae Apostoli de D'norum in Ror^{78a} Fundatione duo Frusta ac Similas (!) sicut et de Griffonis^{78b} Ordinatione plenum servitium administrabatur (!) Fratribus.

21ma In Die S. Thomae Ap. de eorundem D'norum in Ror⁷⁹ Augmentatione duo Frusta Piscium et similiae tribuebantur Fratribus.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

De Vita et Cultu S. Joseph Patroni Ecclesiae Catholicae.

Disquisitio critica auctore R. P. D. Beda Plaine, O. S. B.

(Continuatio ex fasc. II pg. 169—171.)

§ 5. De Commoratione in civitate Nazareth.

Pauca loquitur Evangelium de Joseph, de ejus muneribus, et de modo adimpletionis eorum. Sed indubium est Joseph fuisse constanter perfectum custodem integerrimae Virginitatis Mariae, eximumque nutritium pueri Jesu. Aliunde ipse Jesus vitam pauperem et absconditam elegerat tanquam sibi propriam usque ad tempus praedicationis evangelicae. Hinc facile creditur Joseph tanquam caput familiae pauperis assiduo manuum labore providisse ejus necessitatibus et in sudore proprii frontis lucratum fuisse panem quotidianum ejusdem familiae. Tali modo res jam se habebant secundum omnem probabilitatem durante commoratione in Ægypto. Sed praecipue isto modo res se habuerunt post reditum ex Ægypto et consequenter Vir Mariae resumpsit in Nazareth artem carpentarii, cui insudabat ante natale Christi, eamque strenue exercuit usque ad tempus mortis suae seu viginti adhuc annis et forsitan amplius. Beata interim Virgo curis domesticis vacabat, id est coquinae ministerio, purgationi domus, et aliis similibus rebus, quae apud nos incumbunt uxori, quando familia nimis pauper est ut sibi pecunia comparet adjutorium cujusdam ancillae.

Quando vero puer Jesus attigit aetatem septem vel decem annorum sese obtulit sine dubio ad adjuvandum matri vel patri in variis laboribus, qui huic aetati competunt: sed antea quando adhuc infans erat, gratanter acceperat a matre et patre cuncta obsequia vel ministeria, scilicet in victu quotidiano, in vestitu, et similibus, quibus indigent alii pueri usque ad aetatem septem annorum vel circiter. Minime tamen fuerunt solliciti Maria et Virgo de disciplina intellectuali seu morali filii sui, siquidem eum sciebant esse ipsammet Sapientiam Dei carne indutam. Quod quidem non ignotum remansit Judaeis: unde serius scribae et Pharisei Christum arguebant quod doceret turbas quin prius litteras ipse didicisset. ¹⁾

Relate ad labores manuales, seu ad curas domesticas, quibus insudare debuit Jesus factus adolescens, nihil prorsus dicit Evangelium. Veruntamen in dubium revocari non possunt tum isti labores, tum ista sollicitudo curarum domesticarum: quippe Christus aliter agens, non adjuvisset parentes suos in quantum poterat, nec sese praebuisset perfectum exemplar filii obedientis et operarii pie

¹⁾ Joann. VII, 15.

laudi Dei intenti, et patienter legi laboris et fatigationis subditi. Caeterum Joseph et Maria, agnita Domini voluntate non sese opponebant in talibus circumstantiis voluntati Christi, qui seipsum subdebat eorum voluntati. E contrario ineffabili gaudio replebantur quando vacabant labori manuum seu curis domesticis conjunctim eum ipso Christo Deo et homine.

Nihil dicit etiam Evangelium de exercitiis piis Sanctae familiae, de ritu quo observabantur in ea sabbata et alia festa legalia: sud res minime erat necessaria: nam indubie Christus Maria et Joseph perfectissime adimplebant quidquid a Lege praecepiebatur, et solvebant usque ad ultimum punctum munia adorationis et obsequii, quibus obstricta est ergo creatorem quaelibet creatura. Revere non absolute silet de hac re Scriptura evangelica. Etenim una vice loquitur de celebratione ejusdam festi Paschae cui adfuit praesentialiter Christus adolescens duodecim annorum. Ultimum est episodum evangelicum in quo Joseph personam agit, eique materia data est magni doloris et non modicae sollicitudinis. En quomodo res habita est. Consuetudo erat apud Judaeos, quando in isto festo et in aliis circumstantiis multa turba plebis Israel ascendebat in Jerusalem de provinciis, ut concurrentes in duas turmas dividerentur distinctas, una virorum erat, altera mulierum, in ita et in reditu. Pueri vero utriusque sexus usque ad tredecim seu quatuordecim annos jungebantur libitu suo sive viris sive mulieribus. Porro consummatis diebus, quum redirent de more parentes Jesu, non cognoverunt puerum remansisse in Jerusalem, donec perfecta prima die itineris invicem uniti in loco condicto¹⁾ certiores facti sunt de absentia pueri: nam antea existimabat uterque illum socium esse turmae, cujus ipse non erat consors.²⁾ Tunc anxii et dolentes redierunt ambo Jerusalem, illucescente die sequenti, et die tertio illum, quem querebant cum tanta sollicitudine, invenerunt in templo, in medio doctorum, audientem et interrogantem eos.³⁾ Dixit vero mater ipsa Jesu ad illum, probabiliter quia Joseph non audebat eum alloqui cum tali fiducia: „Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.“ Cui respondit amanter Jesus: „Et quid est quod me quaerebatis? Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet primum me esse.“⁴⁾ Ista responsio mysteriosa erat, sed nihil durum habebat aut asperum, ut aliquot falso autumant. Indubie Virgo Maria et Joseph non illam plene

¹⁾ Locus istius conjunctionis vocatur a pluribus Beroth (hodie El-Biréh) in tribu Benjamin. — Vigouroux: Dictionnaire de la Bible. t. I, p. 1625.

²⁾ Luc. 2, 44.

³⁾ Ibid. 46.

⁴⁾ Ibidem 48 et 49.

intellexerunt, id testante ipso evangelista. ¹⁾ Sed nihilominus seipsos nimium fortunatos reputati sunt, siquidem „puer Jesus descendens cum eis venit Nazareth, et erat subditus illis.“ ²⁾ Sublime verbum, omni admiratione et imitatione dignum, e quo plane deducitur quod puer Jesus vitam communem de novo egit cum Matre et Joseph. Quinimmo ipse, qui natura Deus erat factus homo, utrique humiliter subdebatur, utrumque filialiter adjuvabat, scilicet, matrem in curis domesticis, patrem vero in operibus fabrilibus, et praesertim in laboribus carpentarii propriis. Hic consummantur, ut jam dixi, pauca quae referunt de Joseph Evangelistae. Quae sequuntur, nota nobis solummodo fiunt ex traditione Ecclesiae.

§ 6. Pretiosa mors S. Joseph.

Jesus, postquam primo perditus, deinde inventus in templo rediit de Jerusalem Nazareth, „proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines“, ut narrat Sanctus Lucas. ³⁾ Unde facile intelligitur, quod, quando filius hominis attigit aetatem viginti quinque annorum vel circa, non jam ei opus fuit patre nutritio, et insuper ipse reputari potuit tanquam matris custos et adjutor. Quo rerum statu duplicia munia, quae Beato Joseph providenter antea a Deo demandata fuerant, tam feliciter adimplebantur a Jesu ut ipse Joseph posset dicere ad instar Simeonis senis: „Nunc dimittis servum tuum in pace, Domine, quia viderunt oculi mei Salutare tuum, quod parasti tanquam lumen ad revelationem Gentium et gloriam plebis tuae Israël.“ ⁴⁾

Sic loquor ad ostendendum pretiosam Joseph mortem contigisse probabiliter antequam vitam publicam Jesus inchoasset. Caeterum neque dies, neque annus istius mortis nobis noti sunt. Verumtamen ad comprobendam mortis ejus epocham asseritur aliquot vicibus quod si Joseph adhuc vixisset tempore Christi Passionis et Crucifixionis, ipsimet et non Joanni Evangelistae, Redemptor commendasset suam matrem. Quae probatio nil valet meo iudicio Nam suae matri non sponsum Christus commendavit sed unum filium seu potius multos filios, scilicet omnes Christianos omnium seculorum in persona Joannis. Tempus vero mortis Joseph melius evincitur ex eo quod nomen et persona matris, praedicante Christo, pluries allegantur dum e contra Joseph in completa remanet oblivione, verbi gratia, quando „stabant foris mater et fratres Jesu, quae- rentes loqui ei“ ⁵⁾ si Joseph inter eos etiam adstisset, nomen ejus profecto non reticeretur. Insuper ipse Christus in eo tem-

¹⁾ Ibidem 50.

²⁾ Ibidem 51.

³⁾ Luc. 2, 52.

⁴⁾ Ibidem, 29—32.

⁵⁾ Matth. XII, 46—50; Marc. III, 31—35; Luc. VIII, 19—23.

pore profitebatur se habere matrem et fratres in terra, de patre vero omnino silebat.¹⁾ Hinc moraliter certam est Sponsum Mariae Virginis e vita excessisse forsitan uno vel duobus annis ante praedicationem Christi. Hinc ergo feliciter ipse obiit in osculis veris non tantum spiritualibus Christi Dei et Virginis Matris, et consequenter de eo canit triumphanter Ecclesia:

„O nimis felix, nimis o beatus
Cujus extremam vigiles ad horam
Christus et Virgo simul adstiterunt.“²⁾

Probabile etiam videtur quod ob hanc tam felicem circumstantiam Joseph invocatus sit tanquam specialis Patronus bonae mortis pluribus seculis antequam titulo Patroni Ecclesiae insigniretur.³⁾

Quoad diem mortis S. Joseph, nihil certi scitur, licet martyrologia jam a seculo octavo sat constanter eam assignaverint quartodecimo Calendarum Aprilium.⁴⁾ Nam hic dies forsitan electus est solummodo propter proximitatem festi Annuntiationis Mariae Virginis. Caeterum desunt quaelibet testimonia tum faventia tum contraria ante octavum seculum.

Dubitari vero non potest Christum et Mariam per seipsos curasse de sepultura Sancti Joseph, quem tam care diligebant, ita tamen ut venerandum cadaver ejus iis ritibus piis et honoribus funebribus prosequi fuerint, qui assueti fuerant inter Judaeos, et qui non dedecabant ejusdem gloriosam paupertatem. Sic absonum videtur admittere quod corpus ejus translatum fuerit Jerusalem ad sepeliendum: nam pauperes erant, et ista translatio multam pecuniam consumpsisset. E quidem ostensum est aliquot vicibus peregrinis sepulcrum Hierosolymitanum Sponsi Mariae Virginis sive in Gethsemani, sive in valle Josaphat: sed istud sepulcrum nulla gaudet authenticitate.⁵⁾

Creditur vero juxta sententiam apud pios receptam quod S. Joseph potest computari inter sanctos viros, qui exeuntes de monumentis post resurrectionem Christi, surrexerunt et ipsi in corpore et anima,⁶⁾ et deinde cum eodem Christo subierunt in coelum itidem forsitan in corpore et anima, dicentibus Psalmista et Paulo: „Ascendens Christus in altum captivam duxit captivi-

1) Ibidem.

2) Officium S. Joseph pro die XIX Martii. — Hymnus Laudum.

3) Rituale Romanum: Ordo et Litaniae Commendationis animae.

4) In antiquioribus recensionibus Martyrologii Hieronymiani apparet sat indifferenter sive XIV Calendarum Aprilium (19. martii) sive XIII^o eorundem Calendarum (20. martii). Confer hoc martyrologium editum a Clarissimis Viris Rossio et Duchesne in capite tomi secundi Novembris Bollandiani, p. 34.

5) Mislin: Les Saints Lieux de Jerusalem, t. 2, p. 960.

6) Matth. XXVII, 52 et 53.

tatem.“¹⁾ Hinc nullibi possidetur minima pars ossium seu membrorum corporis ejus, sicut nec Virginis Mariae, nec S. Joannis Evangelistae licet asservantur, aliqua S. Joseph vestimenta, seu aliae res quibus vivens usus est, ut ostendetur in appendice. Hucusque de Vita et Actibus Sponsi Mariae Virginis, scripsi verbis paucis, sed fidelibus, ut spero. Nunc de ejus cultu tractabo ac primum de originibus multum obscuris hujusmodi cultus.

(Continuatio in fasc. seq.)

Scholae Benedictinae

sive

De Scientiis opera Monachorum Ordinis S. Benedicti auctis, excultis, propagatis et conservatis Libri Quatuor

a Domino Odone Cambier Monacho Affligeniensis Monasterii
Ordinis ejusd. S. Benedicti.

(Continuatio ex fasc. II. 1898, pg. 246—254.)

X. Caput XXIV. Animus a studiis subinde remittendus.

Concessae vacationes et feriae studiosis. Quid Professores Monachi in his observaverint. Puerorum ludi. Cur restrictio et moderatio adhibenda vacationibus.

Sapienter observavit Plato²⁾ hostem esse disciplinarum defatigationem. Nam vis tota naturae in vicissitudine est sita quietis et laboris, ocii et operis. Eadem mente scripsit Aristoteles³⁾ laborantem omnem quiete indigere, et requietem ac ludum vitae esse maxime necessaria. Pindarus⁴⁾: Requies in omni opere dulcis. Id voluit Democritus dum apud Stobaeum apertius declarat vitam nostram absque ulla remissione atque otio, et sine festivitibus, similem esse longo itineri, quod diversoriis careat. Et tamen quis nesciat illud poetae.⁵⁾

Defatigatio
in studio
vitanda.

Dulce viatori lasso sudore levamen?

Plato iocum remissionem esse vult studii. Et vero ipse hominis animus, dum cum materia concretus est, qui tamen immortalis, in contemplatione rerum, sive humanarum, sive divinarum, in peragendis bene et sapienter

Animus
ioco recre-
andus.

¹⁾ Ps. LXVII, 19. Ephes. IV, 8.

²⁾ Plat. de rep. I, 7.

³⁾ Arist. I, 8. Politic. eth. lib. 4.

⁴⁾ Pind. od. 7. Nem.

⁵⁾ Cat. El. 3.

quibuscumque negotiis: sive illa spectent ad praxin, ut familiae, regni, reipublicae moderatio: sive ad cognitionem, cuiusmodi sunt artes, atque scientiae, nisi otio quodam leniantur, et quietis solatio reficiantur, aut difficile consistunt, aut imperfecte fiunt. Ingeniosus poeta: ¹⁾

Quod caret alterna requie, durable non est,
Haec reparat vires, fessaque membra levat.
Nec omnino a vero aberrat quisquis cecinit:
Vires instigat, alitque
Tempestiva quies, maior post otia virtus.

Seneca ducto a se exemplo scribit sentiri lassitudinem ingenii, quae non minor est quam corporis, et occultior.²⁾

Tum corpori Et sane fieri prorsus non potest, quin vires tum
tum ingenii corporis, tum ingenii penitus opprimantur, nisi per certa
nio certa temporum intervalla contentionem intermittant, ac sese
otia concedenda velut recentis aerae respiratione reficiant. Verissime Stagirita³⁾: Res est minime ludicra studium, sed cum dolore iuncta omnis disciplinae sive perceptio, sive traditio. Paucos autem reperias ex eorum numero, qui diutius occupantur in studiis, qui dicere cum S. Augustino⁴⁾ non possint, literario labori nimio pulmo meus cedit, et difficulter trahit suspiria, doloribusque testatur se saucium, vocemque clariorem et productiorem recusat. Quae quum doctissimi viri perspecta haberent, non mirum si a seriis ad ferias subinde transeundem censuerint. Danda est remissio animis, inquit Romanus sapiens,⁵⁾ meliores acrioresque requieti surgent: ut fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fecunditas; ita animorum impetus assiduus labor frangit. Vires recipient paulatim resoluti et remissi; nascitur ex assiduitate laborum hebetatio quaedam et languor. Dandum subinde otium, quod alimenti et virium loco sit. Quid vero Quintilianus? diceres lectum ab eo Senecam et delectum quo dicta sua fulciret. Danda est aliqua remissio, inquit non solum quia nulla res est quae perferre posset continuum laborem; atque ea quoque quae spiritu et anima carent, ut servare vim suam possint, velut quiete alterna retinentur; sed quia discendi studium voluntate, quae cogi non potest, constat. Itaque plus virium afferunt ad discendum renovati ac recentes, et acriorem animum, qui fere necessitatibus repugnat.

¹⁾ Ovid. Ep. 4, Heroid.

²⁾ Praef. Lib. Cont. I.

³⁾ Arist. 1. 1. Polit. c. 5.

⁴⁾ Aug. 1. 4. Conf. c. 2.

⁵⁾ Sen. de tranq.

Locum id etiam habere in Asceticis meditationibus, auctor est Cassianus: Saepe accidit, non dicam novitiis, et infirmis, sed etiam experientibus atque perfectis ut nisi mentis eorum directio, atque censura quibusdam mollita fuerit vicissitudinum laxamentis, aut in tempore spiritus, aut certe in perniciosam corporis valetudinem collabatur. Hinc sapienter S. Antoninus: Si plus a mensura tendimus, Fratres deficiunt, expedit ergo una hora relaxari vigorem eorum. Eodem modo de pueris philosophatur Ausonius:

Exemplo a sacris deducto probantur vacationes et feriae studiorum.

Studium puerile fatiscit,
Laeta nisi austeris varientur festa pro festis.

Haec crediderim, causa est, cur olim hodieque scholarum et Academiarum moderatores statis anni temporibus certas instituerint vacationes, imo etiam hebdomadarias ferias, quibus quidem vacationibus seu vacantiis, ut minus Latine loquuntur, Imperatores suis constitutionibus robur addiderunt: L. Ut in die dominico c. de feriis. Favet iisdem plurimum Chaeronensis Plutarchus,¹⁾ qui laudat ab educatoribus liberorum intermissionem aliquam, ludumque adolescentulis concedi: e contrario parentum reprehendit errorem, qui nullam in discendo liberis suis quietem concedunt, nullum remissionis permittunt genus, ob hoc tantum, ne a sodalibus vincantur, sicque domum pudefacti redeant. Pari cura et solitudine Anaxagoras, rogantibus Lampsacensis, numquid ante mortem mandare vellet? respondit: Nihil aliud, quam pueri eodem die quo moreretur, ludere permitterentur, sicut suo adhuc tempore diligenter fuisse observatum testatur Laetius. Placent et probantur adolescentulis Ausonii ad nepotulum primi versus.

Sunt etiam Musis sua ludicra, mista Camenis
Ocia sunt, mellite nepos; nec semper acerbi
Exercet pueros vox imperiosa Magistri,
Sed requies, studiique vices rata tempora servant,
Et satis est puero memori legisse libenter.
Es cessare licet. Graio Schola nomine dicta est;
Justu laboriferis tribuantur ut ocia Musis.
Quo magis alternum certus succedere ludum,
Disce libens, longum delentura laborem
Intervalla damus.

Haec inquam pueris quam maxime arrident, non item ea, quae de virgis et ferulis idem mox subiicit, suo loco nobis dicenda.

¹⁾ Plut. de lib. educ.

Benedictini
scholaribus
suis non
longas
nostras sed
frequentes
dabant fe-
rias.

Ut vero iam de Benedictinarum Scholarum feriis et vacationibus aliquid lector accipiat, nusquam legi solemnes illas hodieque usitatas, in Vere et Autumno vacationes pueris obtigisse nec arbitror concessas. Pueris dixi, nam Monachos Anglicanos, qui in Oxoniensi et Cantabrigiensi Academiis Theologicis et Philosophicis studiis excolebantur, vacationibus solitis gavisos, vix dubium est, sed erga pueros restrictiores Monachi Magistri tantam temporis iacturam non ex re bonoque discipulorum fore putaverunt. In Scholis Monasterii S. Galli tres dumtaxat ex ordine dies postridie festi SS. Innocentium datos ad lulum observo, idque Conradi Cæsaris decreto. Is enim quum ibidem vespereum et noctem egisset hilariter, verba sunt Ekkehardi,¹⁾ Puerulis edixit tres dies ad ludendum, et tunc quidem et in posterum. Adiecit his Salomon Constantiensis Episcopus, et Abbas S. Galli, annonam, de quo idem scriptor²⁾: Collectis ante ianuam Scholarum Fratrum primis, statuit parvis illis et eorum perpetuo posteris pro testamento singulis annis, Ludi sui tribus ab imperio statutis diebus in iisdem Scholarum aedibus carnibus vesci, et de Abbatis curia singulos tribus donari escis cotidie et potibus.

Imo per
singulas
hebdoma-
des.

Ferias vero post quot hebdomadibus aut mensibus, concessas argumento est, quod de S. Udalrico Augustano Episcopo, dum Scholasticis disciplinis in S. Gallo institueretur, ita scribat qui supra Ekkehardus:³⁾ Wiburadam inclusam, coevolis se licentia data ad ludos parentibus, feriatis diebus furtim visitare assolitus, divinis ab illa, interdum verbis et exemplis, instructus est paginis.

Puerorum
ludi.

Si quis porro disquirat, quibus se rebus, dum ludendi copia foret, pueri oblectarint, in promptu responsio est, honestas exercitationes ab iisdem captatas. Plato certe e ludo literario Schola confecta monebat auditores suos, ut quam remissionem a Philosophiae studiis, et quod otium amplecterentur, id in re aliqua honesta, ac laudabilius usurparent. Plautus eos commendare videtur ludos a quibus pueri ad literarum studia paratiores redirent⁴⁾:

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis, quam scorto aut suaviis.
Ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.

¹⁾ Ekkeh. de cas. c. 1.

²⁾ Ibid.

³⁾ Ibid. c. 5.

⁴⁾ Plaut. in Bacch.

Inde de Hippodromo et palaestra ubi revenisses domum, Cincticulo praecinctus, in sella apud Magistrum assideres, Tuum librum legeres.

Probatum non paucis ea remissione, qua pueri, dum ferias habent, in campum ad variam corporis exercitationem educuntur. Prudenter id Seneca monuit¹⁾: In ambulationibus a pertis vacandum at coelo libero, et multo spiritu augeat, attollatque se animus. Scribit etiam Plinius iunior: Animum agitatione corporis, motuque excitari, et vegetari coeli purioris respiratione.

Magnum vero bonum adolescentulis accidit, si instigationes huiusmodi in Magistrorum oculis fiant. Ciceronis ea mens erat et votum, quod ita explicat:²⁾ Cum relaxare animos, et dare se incunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiae, quod erit facilius, si in huiusmodi quoque rebus maiores notu velint interesse. Faciunt hodie non exiguo iuventutis fructu didascalii Benedictini, qui non tantum ad apricos campos, et amoena silvarum fontium, et pratorum, pubem ingenuam e Scholis tanquam castris educunt et comitantur; verum etiam ne palantes aut frugibus infesti longius ferantur, vel tempus omne in lusibus comburatur, statim revertendi ad Collegium et Musas definiunt horam accurate. Me puero apud Athum Hannoniae, bonae famae scholam, nunquam vel rarissime dabantur campi, sed feriatis diebus etiam opidani, praemissa brevi lectione, ad Collegii arcem conveniebant, tum currere, pila, trunculis lusitare licitum omnibus erat.

In Magistrorum oculis faciendi.

Quod autem antea dicebam Praeceptores in dandis vacationibus aut feriis olim restrictiores fuisse, id certe nemo prudens improbaverit. Nam frequentior lusus et iocorum usus, omne animi pondus omnemque vim eripit. Quid somno magis necessarium? hunc tamen si per diem noctemque continues, mors erit. Multum interest remittas aliquid an solvas, inquit Seneca. Itaque in severioribus studiis, et continuo labore adhibendo recreatio, quae non enervet, verum sit medicamenti loco, opportunam fatigato corpori ac ingenio curationem adferat. Non refugiebat S. Gregorius Nanzianzenus, postquam multas saepius horas in Ecclesiae negotiis et sacrarum literarum commentatione collocasset, honestis oblectamentis labores diluere. Sed in vacationibus puerorum modus aliquis ponendus, ne ista remissio, iste ludus, ista ambulatio in dissolutionem vertantur, et ἔργα sint, quae tantum πάρεργα censentur. Nam quotusquisque est, qui a vacationibus et ludo prolixiore ad

Moderandae vacationes.

¹⁾ Sen. de Tranq.

²⁾ Cic. I. offic.

ludum literarium melior doctiorque revertitur? Imo quis non imperitior, et omnium quasi rudis et ignarus ad studia redit? Viderint hoc sane Gymnasiorum moderatores cum professoribus, qui norunt quam aegre primis diebus, effrenes tyrunculi in officio contineantur, et in veterum studiorum orbitam redigantur. Ferias igitur pueris necessarias ita moderandas putaverim, ut breves et frequentiores potius sint, quam diuturnae, quae vix sine morum doctrinaeque damno decurruntur. Pueris vacaturis imitandi sunt illi, qui ad vadum aliquod, aut foveam saltu superandam accinguntur: nam aliquanto longius ab ea recedunt, ut ardentiore, et incitatore demum cursu tutius faciliusque transiliant. Sic etiam hi laxamentum feriatis diebus ita capta discant, ut eius adminiculo bonas ad artes ferventius ferantur.

(Continuatio in fasc. seq.)

Die St. Willibrordi-Stiftung Echternach.

Geschichte der Abtei und Stadt, chronikartig nach Urkunden dargestellt von A. d. Reiners, Pfarrer (ehemaliger Vicar in Echternach).

Einleitung.

An der Wende des 12. Jahrhunderts stand die St. Willibrordi-Stiftung in Echternach auf dem Gipfelpunkt ihrer Prachtentfaltung, gleichsam im Zenith ihres Glanzes.

Im zweiten Jahrhundert ihres Bestehens brach nach einem 150jährigen Blütenstand, wie ein verderblicher Nachtfrost, die Zeit der Canoniker mit den Laienäbten über das Bäumlein mit seinem vielversprechenden Blütenstande herein. Dank der Bemühungen und umsichtvollen Leitung der trefflichen Aebte Ravanger, Regimbert, Thiofried, Godfried I. hatte sich die Benedictiner-Abtei von den Unglücksschlägen erholt und stand jetzt als „Blume des Ordens“ da, musterhaft im Innern, durch strikte Befolgung der Regel, glanzvoll nach Aussen, durch Rückerwerb der geraubten Besitzungen und Güter und durch Regelung der Rechtsamen, welche in jenen Jahrhunderten der Gewaltthätigkeit unter den unrühmlichen Nachkommen der Karolinger bei den Normanneneinfällen, bei den naturwüchsigen Frankenfürsten, Grafen und Herzogen, halbwillden Naturkindern, den Söhnen des hl. Benedict grösstentheils entrissen worden waren.

Der blühende Zustand bei der längern Friedenszeit hatte für die Willibrordi-Stiftung, eine Art Vorsommer herbeigeführt, und diese glückliche Freudenschaffenszeit veranlasste die Mönche, eine Chronik ihrer Abtei zu schreiben. Es war das der berühmte Liber aureus. Noch war der Mönch Theodrich mit der Abfassung und Weiterführung seiner Chronik und seiner Urkundensammlung